



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Definitione per caussas. Capvt XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## De definitione per partes.

## CAPVT XVII.

Quando intimas rerum formas, tanta ob-  
scuritate humanis ingenijs natura valla-  
uit, varios definiendi modos coguntur inda-  
gare, ipsi plerumque dialectici, sed oratores,  
qui delectationem, & pompam querunt,  
non modò non coguntur, verum lubentius,  
faciliusque in hoc genere versantur, quod  
varijs definitionum generibus ostendam.

Primum occurrit, & illud quidem satis v-  
sitatum, per partes conflatum; cum videlicet  
singulas partes amplexi rem describimus,  
quod duobus potissimum modis præstari so-  
let. Primò, cum breuiter, & strictè res expri-  
mitur, vt si domum substructionem ex te-  
cto, fundamentis, & parietibus definiam; an-  
num spatium duodecim mensium; mensem  
spatium triginta dierum.

Altero cum ornatius, enucleatiusque, vt  
in illustrioribus argumentis sæpè contingit,  
partes assignantur. Si quæras à Lactantio,  
quid sit sphaera Archimedis? AEs concuum  
(dicit) varijs circulis, AEquatore, Zodiaco,  
coluris, tropicis, defintore confectum, quò  
similitudinem mundi, ac figuram Archime-  
des machinatus est. In quo solem, ac lunam  
composuit, vt inæquales motus, & cœlesti-  
bus similes cõuersionibus, singulis quasi die-  
bus efficerent, & non modò accessus solis, &  
recessus, vel incrementa, diminutionesque lu-  
næ, verum etiam stellarum, vel errantium,  
vel yagarum dispares cursus, orbis ille dum  
vertitur exhiberet. In quo genere disertissimè  
lusit Claudianus.

Lactant. l. 2.  
s. 5.

Inpiter in paruo cum cerneret aora vitro  
Risit, & ad superos talia verba dedit.  
Hucine mortalis progressa potentia cura.  
Iam meus in fragili luditur arte labor.  
Iura poli, rerumque fides, legesque Deorum,  
Ecce Syracusius transulit arte senex.  
Inclusus varijs famulatur spiritibus astris.  
Et visum certis moribus urget opus.  
Percurrit proprium mœtibus signifer annum,  
Et simulata nouo Cynthia mense redit.  
Iamque suum voluens audax indistris mun-  
dum  
Gaudet, & humana sidera mente regit.  
Partes primarias expressit, Vitrum, spiri-

tum, deinde Solem, Lunam, Stellas. Hæ defi-  
nitiones cum ita fusæ exiterint, descriptio-  
nes dicuntur. Et hæc est optima describendi  
ratio, in rebus maximè corporeis singulas  
partes enucleatè prosequi.

## De Definitione per causas.

## CAPVT XVIII.

Secunda ratio definiendi, eaque ornatissima  
sive per causas, a quibus profluunt effecta:  
hæc enim permagno inter se cognationis  
vinculo continentur. Sic Aristoteles ζέσις  
ἀίματος & περί καρδίας iram definiuit, ebulli-  
tionem sanguinis circa cor, non quod hæc  
proprie sit iracundia, sed quod eo sanguinis  
ardore, huiusmodi excitetur affectus. Hoc no-  
uerat Homerus, cum Agamemnonis iracun-  
diam describens canit.

Aristot.  
de animâ

Μένει δὲ μέγα φρένας ἀμφιμέλανα  
Πίρωλαοι' ὄστε δὲ οἱ πύρι λαμπρόωντα  
ἐκτίνω.

Homer.  
Iliad. 4.

## Et Claudianus.

Iram sanguinei regio sub pectore cordis  
Prætegit, umbra am flammis, ausdamque no-  
cendi.

Claud. pl.  
negr. de  
con. Ho-  
nor.

Præcipitemque sui rabie, succensa sumef-  
câs.

Contrahitur sepe facta metu, cumque omnia  
secum

Duceret, & requiem membris vesana nega-  
ret.

Inuenit pulmanis opem, madidumque fluenti  
Præbuit, vt tumida ruerent in mollia fi-  
bra.

Cum autem quatuor sint rerum causæ,  
rarius per formas internas, quia latent, nec  
sæpè per finem, quia minus rei imaginem  
exprimit. Sapius per materiam, per causam  
efficientem sæpissimè definiunt oratores,  
quod ita plenior rei, quam definiunt co-  
gnitionem mentibus ingenerent, cum præ-  
sertim simile producat sibi simile, magnum-  
que sit inter causas efficientes, & effecta com-  
mercium. Quamobrem AEschylus in Pro-  
metheo, vbi horribiles illos AEtneæ tumul-  
tuantis æstus expressit, subiicit causam quan-  
quam fabulosè vt Poeta.

Τόισι



De definitione per effecta.

CAPVT XIX.

**T**ertius definiendi modulus ad oratorias definitiones, & amplificationes aptissimus fit per effecta, estque apud quosque eloquentia; auctores frequentissimus: præter multa, quæ ex Cicero passim in amplificatione notauimus, proferam vnum ex D. Ambrosio locum artificiosissime expressum. (Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuum infantiæ, ebrietas venenum sapientiæ. Hæc sensus hominum mutat, & formas, per hæc sunt ex hominibus equi adhiñientes. Siquidem naturali vapore corporis calidi, & præter naturam vini calore inflammari, cohibere se non queunt, & in bestiales libidines excitantur, vt nullum tempus præscriptum habeant, quod doceat indulgere concubitu. Vocem amittunt, colore variantur, oculis ignescunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardescunt, sensu excidunt. Hinc phrenesis periculosa, hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens, semefas epulas cum internotum viscerum cruore fundentium. Hinc etiam vanæ imagines, incerti visus, instabilis gressus, vmbrae sæpe transiliunt sicut foueas. Nutat his cum facie terra, subitò erigi, & inclinari videtur, & quasi vertatur, timentes in faciem ruunt, & solum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus sibi videntur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor, & resonantia fluctu littora. Canes si viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alij risu solent incondito, Alij inconsolabili mœrore deplorant, alij cernunt irrationabiles pauores. Vigilantes somniant, dormientes litigant. Vita his somnium est, somnus his mors est. Hæc est definitio, siue descriptio per effecta, cuius imitatio, latè vt vides dicendi campum suggerit. Prouidendum tamen ne nimis leues effectorum minutia disquirantur. Deinde, vt quæ in longa descriptione afferuntur, ordinem inter se, & decoras ab vno ad alterum transitiones habeant.

*Vide descriptionem ubi boni ab effectis ex Cicerone pro Caccinna notauimus. D. Ambrosio de Elia & ieiunio. 16.*

*Hæc similitudine dicitur ad mare præclarissimè Clemens Alexandrinus pad. l. 2. p. 115. ebrietas mentem. De diuinatione eius Cud. dicitur quod dicitur quod dicitur.*

Τοῖον ὃ τυφῶν ἐπιφανέστατον  
 Οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιφανέστατον  
 Hanc autem Typhon ebulliens eructat inani.  
 Feruentibus telis immensa, & flammis omnia  
 tempestatis.

Atque in eo longè prudentius Seneca, quam Sophocles, qui in Oedipo, terram illam grassantis pestis stragem descriprurus, inquit.  
 Iam nocte pulsa diuinus effudit dies,  
 Et nubis mœstum squallida exoritur iubar,  
 Lumenque flamma triste luctifica gerens.  
 At ille inter tot miserandos effectus, quos describit.

Ἡ δὲ σαλευθεὶς καυκαυροῖσι κακὰ.  
 Βοδῶν ἐπ' οὐχ οἶα τε φρονεῖ σαύλου.  
 Φθίνουσα μὲν κάλοζεν ἐγκάρποις χθονός,  
 Φθίνουσα τ' ἀγέλαις βουόμοις, τόκοι-  
 σιτε.

Agónois γυναικῶν & cætera.  
 Verbs (inquit) fluctu quasiatur, nec leuare  
 Ex profundis caput ualeat, ex exuenta tempe-  
 state:

Interiorum enim iam frugiferi solliculi ter-  
 ra.  
 Interyt soboles armentorum, una cum im-  
 maribus  
 Fœtibus mulierum.

Causam verò superiorem pestis non ex-  
 primit, quod scitè non omisit Virgilius AE-  
 neid. 3.

Corrupto caelitractu, miserandaq; venit  
 Arboribusque, satisque ius, & lethifer an-  
 nus.

Linguebant dulces animas, aut agras trah-  
 bant

Corpora. Tum steriles exurere Sirius a-  
 gros

Arabant herba, & victum seges agras nega-  
 bat.

Neque verò tantum vna causa, sed plures ad vim maiorem, & amplificationem comme-  
 morari solent: Vt si in ira, non tantum ar-  
 dor, & ebullitio sanguinis, sed priores et-  
 iam causæ prodantur, vt obliuio benefi-  
 ciorum, contemptus, minæ,  
 iniuriæ, & cætera  
 eiusmodi.

(\*)

Æschyl. in Prometheus.

Seneca in Oedipo.

Sophoc. in Oidip.